

1297. 28. Februar.

Ex Libro Privilegiorum Cap. Cracov.

537.

Vladislaus Lokietko confirmat privilegia et libertates super Pantkowisch cum villis pertinentibus pro Joanne episcopo et Ecclesia sua Cracoviensi.

157

Hoverint universi literas presentes inspecturi, quod nos Vladislaus Dei gratia Dominus Regni Poloniae, Pomeraniae, Lancitiae, Cujaviae et Sivadiae universorum presentium et futurorum memoriae Declaramus. Quod nos privilegiis ac libertatibus visis venerabilis patris domini Joannis Cracoviensis Episcopi super Pantchowisch, et omnibus villis ibidem pertinentibus, nos easdem libertates et omnia jura, secundum quod in eisdem privilegiis continebatur, venerabili patri nihil excipientes firmiter confirmamus, Districtè mandantes omnibus Palatinis, Castellanis, wlodariis, et ipsorum Judicibus, ne easdem libertates et jura venerabili patri in dictis villis aliquis predictorum officiorum presumat infringere in aliquo, vel molestare. Ut autem nostrae confirmationis donatio venerabili patri ex parte nostri firma et inviolabilis perseveret, nos sibi presentem literam contulimus sigilli nostri munimine communitam. Datum in Brzeznicza pridie Kalendas martii, sub anno incarnationis Domini millesimo, Ducentesimo, nonagesimo, septimo, Presentibus his testibus, Comite Laurisio Palatino Sivadensi, domino Joanne Cancellario, comite Stighevo Castellano Sivadensibus.

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*